

hoc nunc habere cor contritum et humiliatum, se
quar amore te quotidie magis ac magis, ut divini
amoris flamma filum vitæ meæ amputet et rumpat.
Eja ergo potentissime D. S. Joseph, agonizantium
Protector, affictorum solatium, et specialissime om-
nium membrorum et Rector familiarum tuarum ita
ut omnes in te ponamus animas nostras in tuis ma-
nibus et omne quod pertinet nobis, cor etiam et vi-
tam. Et ut ita sit omnium in nomine et singuli dico:
Jesus, Maria et Joseph cor trado vobis et animam
meam.—Jesus, Maria et Joseph adesto mihi in ulti-
mo meæ vitæ agone;—Jesus, Maria et Joseph ut cum
pace et vobiscum a corpore exiat anima mea facite.
Amen

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tam pia et tam probabilis sententia de imma-
culata conceptione divini Josephi.* Non sine magno
animis fructu. ¶ Possit definiri ab Ecclesia. Non
sine....

LECTIO III.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Præter qua diximus de Jeremia, nec non et de
Præcursori Joanne Baptista qui sanctificati fuere in
utero, ut voluissent tum D. Thomas, tum Franciscus
Suarez, tum Cornelius Alapide, alii alios eadem frui
volunt gratia. Sic quidem Christi fratrem Jacobum
sanctificatum vult habere Hegesippus; S. Nicolaum
ac S. Dominicum, Sanctus vult Antonius; tandem
de Mosedem S. Ephren autumat; et alios quos, bre-
vitatis causa, prætermittimus et a Cartaginea recen-
sitos reperies in ejus opere. Ergo si D. Joseph, cœ-
teros omnes præcellere debuit gratia et privilegiis,

rationabiliter credere debemus eum eos præcelluisse
immunitate ab originale labe.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Credere nostrum divinum Josephum esse in
gratia conceptum.* In eodem primo instante sui esse.

¶ Cedit in maximam fidelium utilitatem quillum,
honorare cupiunt. In....

—DIA 17 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

EX DOCTORIBUS.

Intrantes Jesus, Maria et Joseph Ægyptum Her-
mopolim civitatem pervenerunt; et cum portæ civita-
tis appropinquarent arborem quamdam plane maxi-
mam adventu Christi turbatum esse atquè ad solum
usque se inflexisse, et Christum adorasse, cuius ar-
boris fructus, aut folium, aut particula aliqua corticis
ægrotis admota morbos a compluribus depuluit.—
Sozodnenus.—Stando in illa civitate statim omnia
idola provintiæ Ægyptiorum corrueunt.—*Barrad.*

—In Ægypto Domina colo et acu, Joseph autem arte
lignaria sibi et filio necessaria quærebant.—*Bonav.*

—Cum enim Jesus, Maria et Joseph essent specio-
sissima et pulcherrimi omnes Ægyptii pueri Jesu
pulchritudinem admirantes ad Josephum confle-
bant, rogabantque. Cujus filius est hic puer candidus
et rubicundus, electus ex millibus? Quibus Joseph
ingenti humilitate et modestia respondebat: Filius
meus est, erant enim decore similes.—*Pet. M.*—Quis
non videat ex tam frequenti angelorum apparitione
Josephum nostrum eorumdem angelorum valde ami-
cum fuisse?—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Bone Joseph, tu peccatorem ex nostris etiam toti mundi despectum.*Paterno affectu amplecteris. ¶ Et per veram contritionem ad vitam æternam conduces. Paterno....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Circa paternitatem D. Josephi, audivimus quosdam ex nostræ sententiæ refractariis qui eum malunt patrem esse Jesu Christi mere adoptivum vel putativum, quasi evaretare eonantes Josephi dignitates ac privilegiorum fastigia. Sed imuerito, nam fuit illa vere legalis atque juridica; juris, juxta exarataam regulam: "quod in agro meo nascitur meum est," nam, si quis seminet meo in hortu semen bonum et fructificat, mihi revera fructificat; unde nefas est D. Josepho detrahere jus quod a Deo gratiore recepit, "quod ob gratiam ali cuius conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum." Præstat etiam audire quæ Doctor eximius ait: "Christus fuit fructus conjugii Josephi et Mariæ; natus enim in conjugio utrisque, utrique jure adscribendus est, tamquam Patri et Matri." De quo ad amplius confer ibi. Ergo frustra detrahunt adversarii D. Joseph jus paternitatis virginalis, legalis et juridicæ, eo fine, ut facilius deprimere possint gratiam originalem.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Gloriosus virgo Joseph in suo conceptione immaculata.*Est singulariter a Deo honoratus. ¶ Ergo devoti cultores ejusdem sancti eam etiam honorare debent. Est....

LECTIO III.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Si ex effectu cognoscitur causa naturæ, præstat plane audire Isidorum, "in sua summa," dicentem: "peccati fomitis ardor fuit in Josepho penitus extinctus;" undenam fuerit extinctus nisi ex gratia prænatali? Nam ex Relatione Sanctæ Birgittæ vidimus supra, Divum Josephum nullum peccatum nec quidem veniale unquam commisisse, et Divi Matthæi in Evangelio ajentis: "Joseph eum esset justus," et Divus Augustinus asserens: "et in amborum (Joseph et Mariæ) justitia requiescens," quæ juxta normam scholasticam, nonnisi rem tamquam innatam, inhaerentem et continuam objecto esse et esnnaturaliem, ut fuerit Josepho tota sancta et perfecta vita. Sic eruditi enim censem Scholastici de grammatical quidem gerundio *dum* eo utitur in Sacra Scriptura et illum malunt esse terminum manentem subjectum inter et objectum vel alteratrius tantum. Abs dubio, ergo, credendum est, quod stupa talis gratia, qua Divus Joseph, peccati fomite legato, justitia ac sanctitate permanserit per totam ejus in terris vitam haud alio, est ei tribuenda, nisi ex eo quod "conceptus fuerit in gratia."

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quicumque honorificaverit me, ut sine macula conceptus, ait Joseph, ego glorificabo eum.*Et revera omnes a me honorantur in longitudine vitæ integræque salutis. ¶ Ut sua merita magis ac magis augeantur. Et revera....

—DIA 18 DE OCTUBRE.—

—LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Inter reliquas Sanctissimi nostri Josephi virtutes præclaras, quæ incomparabilem ejus sanctitatem, dignitatem et honorem ostendunt, et in nostrum omnium utilitatem et ædificationem cedunt, illa in hujus Evangelii limine magis splendet et appareat, ejus scilicet, prudentia et sapientia actus dirigens in particulari.—*Pet. M.*—Fidelis ac pendens atque diligens servus fuit Joseph, cui Deus tantam commessit familiam; itaque humanum studium erga puerum adhibebat, ac si puer divinas non haberet vires; quoniam vere homo erat, et miracula a Deo sine causa expetenda nequaquam sunt.—*Salmer.*—Timuit Joseph audiens quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode Patre suo, reverti et habitare in terra Israel; et prudenter quidem timuit, quia filii parentum suorum facta imitaturi præsumuntur.—*Pet. M.*—Ex factis Evangelii revera colligitur luce meridiana clarius, Sanctissimum nostrum Josephum fuisse ingenio et prudentia præstantissimum.—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Manus Josephi veloces ad nostrum Institutum efformandum.* Et antequam clamamus millia milium vocationem petendo, ¶ Joseph ita exaudit nos, ut adhuc nobis loquentibus misericorditer exaudivit. Et antequam

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Nec nobis est prætermittenda quædam non nulla, quæ ad rem nostram aptissime veniunt. Confer Suarez. Duna de Josephi sanctificatione in utero sermo habetur, contra aliquorum sententiam, et quorum tota vis argumenti sita in eo quod Sacrae Scripturæ atque Traditio nihil explicite dicant maximi nobis esse videntur momenti ea ipsa, quae idem adversarii alias admittunt quibus nobiscum fere conspirant. Hi enim hoc Divo Josepho gratiam praenatalem detrahunt ideo, quia de hac silet Scriptura; illuc vero, eum præcellere nobiscum asserunt omnibus donis, gratia, gloria et privilegiis, eos etiam qui in utero sanctificati fueri, exempli causa, Joannis Baptista et hoc quidem quod nec Sacrae tradunt litteræ. Ego, si juxta adversarios, poster gloriosus Patriarcha, coeteris omnibus præcellere sanctis, omnibus donis, gratiis, gloria et privilegiis, liquet ei concedere debemus donum, gratiam, gloriam et privilegium conceptionis sine macula a primo existentiae snæ instanti; ergo, velut ad immaculatum honorare debemus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Oh quam gaudens erit obitus ejus qui nostri divini Josephi dum viveret.* Sedulus fuit et devotus suae immaculatae conceptionis. ¶ Omnes revera honorantur aeternæ beatitudinis præmia.—Sedulus fuit....

LECTIO III.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

"Ex quo appetit temeritas illorum (ut non dicam error) qui alios Sanctos præsumunt comparare Apos-

tolis in gratia et gloria..... E contra: Doctores Anselmus, Augustinus et Ambrosius dicentes: Joannis Baptista Praecellit cunctis, eminent universis, ante cedit Prophetas, supergreditur Patriarchas et quisquis de muliere natus est, minor est Joanne Baptista. Unde, ergo ait Doctor eximius, doctrina Divae Thomae (nec Divi Anselmi) haud ita universaliter intelligi debet, ut nullam liceat exceptionem facere, et temerarium non est Josephum Apostolis preferre, quia probabile est eum perfectionem gratiam esse aequum quam Joanne Baptista quia Deus confert gratiam ministerio et dignitati accommodatum, ut ostendimus 1°, probabile esse Josephi munus eo fuisse excellentius, quo altiore ordinem pertinuit, 2°, ita explicatur quia ante matrimonium cum Virgine contractum, jam erat vir justus et perfectus, ut constat, tum ex Matthæo: "Joseph autem vir ejus dum esset justus"; tum ex eo quod sancti et historias referunt et judicant eum idoneum, cui Beata Virgo committeretur, idque non absque singulari Spiritus Sancti inspiratione. Ergo ex omnibus his, etiam nos concludere debemus, nostrum divinum Josephum esse revera in gratia conceptum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Celebratoribus festivitatis immaculatae conceptionis nostri divini Josephi.* Datur revera in omnibus. ¶ Post transitum hujus vitae, requiem aeternam in gloria. Datur....

—DIA 19 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quod domum consilii præstantius fuerit in Joseph post Virginem, probatur ex parte Christi, cuius gratia tantis affuit muneribus Deus Joseph.—*Pet. M.*—Si Deus ipse delegit Joseph ut Christum custodiret et conservaret, præsertim inter potentes, astutos et crudeles, fateri certissime debemus illum quoque donasse præstantissimo munere doni consilii.—*Pet. M.*—Joseph datus fuit a Deo caput beatissimæ Virginis Mariæ; ergo aut fuit illa sapientior, aut æqua, aut minus; ergo saltem minus illa, et hoc immediate ut Sponsus convenientissimæ tantæ fungeretur mulieri.—*Pet. M.*—Joseph, fili David, noli timere; accipere Mariam conjugem tuam ex qua colligitur, atque aperte constat Sanctissimum Josephum coeleste timoris donum in gradu heroico habuisse.—*Pet. M.*—In Virgine et Josepho nulla omnino culpa fuit, quod ipsis nescientibus Christus remanserit in Hierusalem.—*Pet. M.*—Maria opinante quod Jesus in comitatu vivorum cum Joseph esset, Joseph vero existimante quod in mulierum caterva cum Maria Matre foret.—*Pet. M.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Divinus Joseph electus a Deo fuit.* Ad supremam totius mundi gubernationem. ¶ Ut tanquam superior Jesum et Mariam gubernaret. Ad....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.
 Sectione enim et prima ait ipse auctor: intellige quædam esse ministeria, præcise pertinentia ad ordinem gratiæ gratum fassientis et ita fuisse Apostolorum; alia vero quæ attingunt ordinem unionis hypostaticæ, "qui ex suo genere perfectior est," et in hoc ordine intellige institutum esse ministerium Josephi. Unde Divus Thomas supra attente dixit: Apostolos esse majores officio Novi Testamenti; officium autem "Josephi ad utraque pertinere" novum et veterum, "tamquam lapidem angularem," qui fecit utraque unum. Et subditi ipse Doctor eximius, in hac igitur comparatione, non existimo esse temerarium neque improbabile, sed pium potius et verisimile, si quis forte optinetur, Sanctum Josephum reliquos omnes gratia et beatitudine antecellere, quia ex Scriptura nihil est quod repugnet, neque in Patribus aliquid reperio. "Cur, ergo, non liceat opinari Josephum Sauctum revera esse sine labe originali conceptum?"

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Non est verus amator nostri divini Josephi.* Qui immaculatam conceptionem ejus non admitit. Vedit Deum lucem Patris sui Josephi et divisit lucem a tenebris peccati. Qui . . .

LECTIO III

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Subditi deinde: illud vero non praetermittam, ex quadam satis accepta sententia; probabili fieri. Sanctum Josephum corpore et anima gloriose cum Christo regnare, quia quum ante Christum mortuus fuerit, verisimile est fuisse unum ex illis qui tempore mor-

tis vel resurrectionis Christi surrexerunt. Cur ergo, Doctor eximie, hic nostrum extollis Josephum, illuc vero deprimitis, eisdem fere argumentis? Sique ei originalem denegas gratiam ideo quia de eo sileat Scriptura, cur, ergo, ei concedi malis. Corpus ejus gloriosum cum Christo regnare, dum de utrisque æque etiam silia Sacra Scriptura? Ergo, nos cogere nequeunt meræ humanæ auctoritates, quæ non semel, hæc ab illis coarctantur. Immo, eximii Doctoris auctoritati aliam nobis placet opponere, quam et quamvis de privata deducimus Revelatione, ei magnam et præstantiorem tribuimus fidem asserendo: divinum Josephum esse immaculatum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Esse nostrum divinum Joseph sine macula originali conceptum.* Præcipue cedit in honorem, dignitatem et gloriam Jesus et Mariae. ¶ Ergo gloriosior et laudabilior est dicere illum fuisse in gratia conceptum. Præcipuum . . .

—DIA 20 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quod utrique Maria et Joseph ex probabilibus conjecturis, sufficietib[us] rationib[us] prudenter colegerunt verisimile esse puerum Jesum esse in uno vel in altero comitatu.—*Pet. M.*—Voluntas Dei fuit ut inter supremam sollicitudinem de pueru Jesu Dei filio, eundem Maria et Joseph admitterent.—*Pet. M.*—In maximam B. Josephi gloriam, eximiumque honorem cecidit, quod in anxietate labore et dolore

Christum quaerendi beatissimae Dei Matri æquiparatur.—*Pet. M.*—Dolebant Maria et Joseph metuentes ne puer Jesus forte in manus Archelao Herodis filii qui Hierosolimis imperabat devenisset, vel alia qua pia de causa eos deseruisse.
—*Salmer.*—Invento puero Jesu, maxima laetitia fuit in Virgine et Josepho, et in super Æterno Patri et angelis.—*Pet. M.*—Gaudeat Jesu Sanctissime Pater tuus Joseph; et verus nutritius, verus tutor, verus amator.—*Pet. M.*—Christus Josephum Patrem appellare solebat, et Josephus Christum filium.—*Pet. M.*—Maria virum vocat Josephum, Jesus vero Patrem: Confugis nomen familiare virginis erat, Christo vero parentis vox assidua: ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te.—*Pet. M.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Fateor potentissimas gratias a Deo accepisse.* Per Josephi immaculatam conceptionem ad me descendenter. ¶ Ut per eas nostrum sanctum Institutum revera sit efformatum. Per....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est

Tandem: audiamus enim venerabilem illam atque ter mirabilem Dei servam et abbatissam Cœnobii Immaculatae Conceptionis apud Agredæ opidum, Mariam a Jesu, cui revelata fuere a Deipara Virgine Maria tot et ita stupenda mysteria atque Dei arcana, ut nullibi nobis detur invenire similia, nisi in Scriptura Sacra, immo et ibi plurima continentur quae in Scriptura omittuntur. Ejus enim in opere, cui nomen est *Mística ciudad de Dios*. Venerabilis Dei famula haec dixit sibi revelata fuisse circa Di-

vum Josephum nempe: "eum Sanctificatum esse: Praedestinatum a Deo praecursorē Christi apud Patres in Limbo. immunem fuisse a peccati fomite; desponsatum Virginis Mariae aetatis suea trigesimi tertii anni: Obiisse ante Joannem Baptistam: resurrexisse cum Christo ac cum eo regnare." Quo ex fonte demum jam luculente habemus Divum Josephum natum in gratia sanctificante, cum Christo in cœlo regnantem, cum suo divino Jesu resurgentem, ante Jeanem Baptistam morientem, suae sacrae desponsationes cum Sancta Maria Virgine cœlestantem, a fomite peccati liberatum in nativitate sua sanctificatum etiam, nos concludere potentes, in primo suae immaculatae conceptionis instante sanctificationem accepisse; quoniam si in illo tempore quo tot adversus Mariae Virginis Conceptionem scribatur, antequam nasceretur jam nobis praebetur sanctificatum, liquet hodie sine macula originali nobis monstraretur.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non solum honoratur Christus dicendo Patrem ejus Joseph esse immaculatum.* Sed etiam multum laetatur. ¶ Gratissimum enim habet quod a nobis suae virginalis Patris puritas veneratur. Sed....

LECTIO III.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Nobis et jam conantibus his, quae de Sancto Josepho, hucusque colamo summatim dedimus, finem imponere, nobis tandem ac liceat vel unum adjicere conceptum. Circa enim doctrinam, quae de conceptione in gratia prosequitur agere, eadem fere videtur esse difficultas, ac ea, quae diuturum te-

nuit locum celeberrimos inter doctores, circa Deiparae Virginis Conceptionem, tempore subtilis Doctoris Joannis Duntii Scotti. Nam quis unquam credere revera posset decimo tertio saeculo, quod ineunte decimo quarto, vel unus tantum perjuvenis athleta, qui Scottus ipse, praevalitus erat, tot praeclarissimorum Theologorum suprasententias, uti Divi Thomae ac thomistarum scholasticorum atque Divi Bonaventurae Divique Bernardi? Sed in diebus nostris, omnibus viribus nostris labrandi tempus jam venit, ut quæstionem stabiliamus, suo tempore, qua demonstraremus, Dominum Sanctum Josephum sine macula originale fuisse conceptum; et ad hanc vocat nos Joseph operam, ita ut gentes inutiles sumus, sed omnia in Deo possimus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Benedicta et nobilis est conceptio immaculata nostri divini Josephi.* Ergo exaltate illum quantum positis. ¶ Major enim est omni lauda. Ergo exaltate....

DIA 21 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Præcipuum tamen glorioissimi nostri Josephi encomium incomparabile illud est, quod ex Christi Domini responsus: Quis est quod me quaerebatis? Qua quidem responsione Josephum et Virginem communi parentum dignitate, pari honorabilitate et laude Jesus veneratur.—Pet. M.—Ultima Josephi dignitas, quod ei et virginis fuerit Christus Dominus subditus, quae sane prebat et ostendit sanctio-

rem faisse Josephum quam ulla mortalium ingenia excogitare queant.—Pet. M.—Quis enim intelligere poterit illius majestatem qui Deo imperavit cuique Deus ipse subjectus fuit.—Pet. M.—Josephi excellētia demonstratur in hoc, quod Christus obediebat Virginī ut Matri; uterque tamen Jesus et Maria obtemperabant Josepho, ut utriusque superiori.—Pet. M.—Christus Dominus obediendo, et Maria et Joseph imperando amanter agebant; et præcipue B. Joseph excellentiora ministeria Christo Domino exhibebat.—Pet. M.—Christum Dominum et beatam Virginem usque ad Christi praedicationem egisse ministerio et labore Josephi, ut eis vitae necessaria suppeditaret.—Pet. M.—Senuit Joseph et processit in diebus suis, septuagenarius enim erat.—Pet. M.—Pie credendum est quod Christus Dominus ad caput Josephi, et B. Virgo ad pedes ejus, lectulum circumstantes inter fuerunt.—Pet. M.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Salve immaculate Joseph rex cœli et terræ.* Salve Pater misericordiae in omnibus filiis et filiabus tuis. ¶ Salve vita omnium filiorum tuorum et dulcedo nostrarum animarum. Salve....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Utinam ergo Divus Bernardus vixisset dimidium usque decimum nonum saeculum anno quinquaginta quatuor, quo ab Ecclesia Dei Oraculo Spiritu Sancto efflante, declaratum est universis christifidelibus, doctrinam de Immaculata Conceptione Beatae Mariæ Virginis de fide catholica tenendam esse in posterum. Amans enim peregriegi, divini Josephi

gloriae jurisque ejus viudex, et tu vere athleta cuius opusculum mihi p[re] oculis, habere gaudeo, tibi non differo uberrima augurare bona; "prophetam enim qui in prophetæ nomine recipit, prophetæ quoque praemia recipiet;" et quod Institutum Josephinum circa Sancti Josephi conceptionem erit, quo familia seraphica super Sanctissimam Virginem Mariam fuit, quae post centum et centum dissertationes, vere victrix apparuit summoque gaudio adivit, quod fidei erat dogma, Virginem Mariam sine ulla peccati labe conceptam fuisse; ita suo tempore, Josephi in Missionarii audient sui Patris Sancti Josephi gratia.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Peccatum originale est dissimile a Deo.* Igitur maxime decuit Virginem Dei Patrem cavere prorsus peccato originale. ¶ Per quod deformiter Deo dissimilis fuisset. Igitur....

LECTIO III.

—*De cultu divini Josephi.*—

HYMNUS.

Ave, Josepha, spes mea;
Ave, simul, Tu et Ea,
Cui dares ad cautelam
Vere coniux in tutelam.
Solus Tu dignus fuisti,
Sancte parens Jesu Christi,
Esse Pater, modo miro,
Quod fuisset nulli viro.

Angelorum imitatrix,
Peccatorum consolatrix,

In agone morientes,
In peccatis jam fœtentes;

Me defende sine mora

In postrema illa hora;

Fac ut Jesus et Maria

Adsint mea in agoniam.

Tibi, Joseph, tui

Emmanuel a Maria Joseph

Famul. presb. indignus

hæc

Consecrat, dicat, offert.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Si daretur a Deo optio Virgini Josepho esse cum peccato originali aut carere divinae paternitatis.* Potius eligere carere paternitate Dei. ¶ Quam esse in peccato originali. Potius....

—DIA 22 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Pie credendum est quod in obitu Josephi præsens fuerit pius Jesus Christus, et sacratissima Virgo Sponsa sua.—*S. Bern.*—Quantas putas exhortationes, consolationes, promissiones, illuminationes, inflammations, et aeternorum bonorum revelationes recepit in transitu suo a Sanctissima Sponsa sua, et dulcissimo filio Dei Jesu, reliquo votae menti contemplandum.—*S. Bern.*—In obitu felici Joseph, recte credendum est Mariam Sponsam et filium Iesum corporaliter affuisse; ante enim Christi passionem defunctus est.—*Ger.*—Joseph ante Christi passionem et mortem mortuus ipse fuerit.—*Eckio.*

—Christus et Maria funus Josephi deplorarunt, quoniam creditur eum ante Christi baptismum fuisse de mortuum.—*Eckio.*—Cum Maria annis triginta vixisset cum Josepho, et letaliter aegretante, quisque pro suo affectu cogitare potest, quantum rursus ministerii et solatii Dominus sua parenti exhibuerit; et si Jesus super Lazarum flevit, quanto ardenterius flevit nutricii sui parentis mortem?—*Eckio.*—Si Maria omnibus misericordiae sinum aperit, quid rogo cum amantissimo et dulcissimo Sponso suo Josepho, cui tot officiis, tantis beneficiis et pietatis operibus erat adstricta, fuisse credenda?—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tulit Deus annulum de manu sua.*Et ideo tradidit Josepho in signum potestatis sibi concessae. ¶ Adimple ditissime Joseph hoc concilium: Si multum sibi fuerit, abundanter nobis tribue. Et....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Quia in Sacris Litteris ac traditione non fit explicita mentio de immaculata Conceptione Beatae Virginis Mariae; ideo subtilis Doctoris scripta, dum de ea sermonem ille primo protulit, a quibusdam, et Scottus ipse tamquam haereticus delatus fuit, atque minatus. Unde mirandum minime est, dum de Jesu Parentis Josephi immaculata conceptione sermo sit habendus, si digni adversarii de novitate doctrinae nos arguant, eadem ratione, scilicet, quia de eo silent Scripturae Sacre: sed frustra, immo et supervacaneum foret inter tot hominum diversa indicia, coeteros omnes nos suadere, aut aemulatores efficere nostrae quidem sententiae, jam ab exordio

quaestionis, dum in dubiis adsit libertas. laetamur affirmantes, Divum Josephum in gratia conceptum fuisse.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

* R Ese cum originali peccato importet rationem poenae sed etiam culpae.*Ergo B. Joseph nullo modo praeligeret culpam aut peccatum. ¶ Ergo fuit de facto in gratia conceptus. Ergo....

LECTIO III.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Pro certo haberi potest Divum Josephum Iesu Christi Patrem, speciali Dei privilegio sine macula originali fuisse conceptum. Quia nihil obstare potest "subjective," nec "objective" predictam gratiam Divo Josepho a Deo datam fuisse: Ergo minime negare possumus ei talem revera gratiam fuisse collatam. Et quidem, ut non obstat "subjective," satis sit, quod "apud Deum haud impossibile sit omne verbum." Sed nec etiam "subjective;" illud non obstat alicui, quod de similibus prædicatur: atqui de Beata Virgine Maria simile Josephi revera prædicta esse immaculatam conceptam; ergo, non obstat talem gratiam Divo Josepho fuisse concessam.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Qui populo mexicano atque etiam aliis regionibus divinum Josephum fuisse conceptum in originali.*Ratione scandali probabiliter imminentis crux excusaretur a peccato. ¶ Ergo juxta pie et vere credentes ille in gratia conceptus est. Ratione....

—DIA 23 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cumque sic patienter et lætanter B. Joseph spissasset, Christus Dominus propriam manu clausit oculos ejus, et vultum composuit, et benedixit corpori reputresceret, et accessit angelorum multitudo, qui induerunt corpus Joseph stola candida.—*Isol.*—Mors Sancti Josephi Christi Domini Patris, et veri Virginis Sponsi, qui cum eis per triginta annos tot opera, et tot excellentiora ministeria attingentia quodammodo incarnationis mysterium, præciosissima absque dubio reputanda est, ut Sanctissimæ Deiparæ Sponsæ suæ morti assimiletur.—*Pet. M.*—Beatus Joseph sic felicissime vitae functus, missus statim fuit a Christo Domino legatus Patres in limbo existentes ad liberationis eorum quampridem operandæ lætum nuptium deferendum—*Pet. M.*—Actum illico fuit de Sancti Josephi corpore sepulturæ tradendo, quod ita honorificentissime gestum et ordinatum fuit.—*Pet. M.*—Sepultus fuit Joseph, cum multitudine coelestium spiritum, et piorum hominum et mulierum, ipsemet Dominus Jesus, Rex regum et Dominus dominantium et ipsamet Mater Dei, regina cœli et mundi domina fuerint comitati.—*Pet. M.*

Nos haec sublimia, &c.

R^e Deo gratias.

R^e Divinus Joseph ad similitudinem Christi Domini et Deiparæ Sponsæ suæ * Perfectum habuit zelum animarum. V^r Prædicans semper Christum quem semper secum deferebat. Perfectum....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Illos quos ad aliquid elegit Deus, hos et præparat, et disponit, ut ad illud sint idonei; atqui Divus Joseph non fuisset idoneus Pater Christi, si non esset sine macula conceptus; ergo de facto in gratia conceptus fuit. Sanctus Joseph, qui præfuit Dei Verbo, atque donatus fuit in Patrem et Custodem, immunis ab ævo esse debuit a potestate diaboli ut ad hoc esset idoneus; ergo de facto conceptus fuit sine labe originali, alioquin non esset revera idoneus Pater Christi. Hic etiam in terrenis quis umquam princeps constituit domus sua, et filii sui praefectum aliquando mancipatum hostili alieni principi? nemo, nec unus. Ergo a fortiori fere blasphemum foret hoc de Deo sentire; atqui Divus Joseph, qui fuit praefectus constitutus et domus, et Filii sui, principi, si non conciperetur sine macula; ergo nefas foret credere Divum Josephum imperio Satanæ aliquando mancipatum; ergo Joseph in gratia fuit conceptus, id est, sine macula.

Nos hæc sublimia, &c.

R^e Deo gratias.

R^e Peccatum originale ex Adæ peccato processit.* Atqui almi parentes Christi ante cœli et terræ creationem praeservati fuerunt. V^r Ergo illi non peccaverunt in Adamo; sed in gratia concepti sunt.—Atqui....

LECTIO III.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Illi opus est maior cumulus gratiae ad aliquid, in quo maior habetur exercitium: atqui Divino Josepho fuit exercitium gratiae maius, quam omnibus Dei

Sanctis; ergo ille donatus fuit gratia maiore, quam omnes Dei Sancti; atqui per hanc gratiam debet intelligi gratia singulari; atqui haec gratia singularis alia non potest esse, quam conceptio sine macula; ergo revera donatus fuit gratia conceptionis sine macula.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nondum erant abyssi peccati originalis.* Et ego Joseph jam conceptus essem in mente Altissimi. ¶ Per decretum electionis in Patrem Dei. Et....

—DIA 24 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ex dolore cum lacrymis a Christo Domino, B ejus Matre super Josephum morientem, et super ejusdem jam demortui corpus, colligemus moderatam tristitiam pro defunctorum morte non esse improbanda.—*Pet. M.*—Inter hos autem qui cum Christo Domino resurgentे surrexerunt, primum, precipuum et primarium locum obtinuisse Sanctissimum nostrum Josephum censui, credique, pie admodum debet.—*Pet. M.*—Christus filius Joseph putatus, magis vero eum diligens, quam si fuisset ejus naturalis filius, multa sanctorum corpora suscitans de pulvere, corpusculum Patris sui putativi, non est passus remanere in pulvere.—*Pet. M.*—Et forte Joseph fuit unus ex illis, qui apparuerunt multis, ac singulariter beatae Virgini.—*Pet. M.*—Pie quidem credendum est, quod piissimus filius Dei Jesus, pari privilegio decoravit suum putativum Patrem, sicut suam Sanctissimam Matrem; ut sicut illam assumpsit in

cœlum in corpore et animam gloriosam, sic etiam in die resurrectionis suae Sanctissimum Josephum in gloria resurrectionis secum.—*S. Bern.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Prædicans divinus Jesum Christum.* Tria præcipue ad debite, perfecte et fructuose. ¶ Ministerium hoc plane celeste exercendum, ab eo docemur in prædicatione servanda. Tria....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est

Tum Theologi, tum Patres Ecclesiae admittere non recusant Josephum pluries fuisse martyrem; ergo maius fuit Josepho exercitium gratiae, quam coeteris viatoribus; ergo etiam loquendo de eis qui in utero fuerunt in gratia confirmati; ergo fuit Josepho sine culpa originali conceptus. Joseph martyr fuit, quum divinum sciens arcanum, voluit suam Sponsam per summam humilitatem occulte dimittere, quum neque in diversorio esset illi locus; in prophecia Simeonis; in edicto crudelis regis; in secessu in Ægyptum; in amissione Filii sui, et senties, centies; ergo pluries fuit martyr. Omnes Sancti etiam qui in utero fuerunt in gratia confirmati, semel tantum passi sunt martyrium; atqui noster Divinus Joseph centies millies martyrum passus fuit; ergo exercitium gratiae habuit præ coeteris Sanctis, etiam qui in utero fuerunt in gratia confirmati; ergo, revera noster Divinus Joseph fuite sine macula originali conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quando Deus præparabat coelos omnium sanc-